

Cap. XVII. Rubrica de favore dato mallefficio.

Ordinamus quod, si aliquis favorem et auxilium verbis alicui maleficio dederit, conponat comuni nomine pene mediam march., et si ex illo favore acciderit percussio ad sanguinem, sol- // vat ille qui favorem dederit libr. viginti-
 128 B quinque par., et si membrum a toto corpore amitteretur ex illo favore, solvat qui favorem dederit libr. centum par. comuni, et si ex tali favore acciderit malefictum homicidii, solvat ille qui favorem dederit libr. ducentas par. comuni; et hoc monstrare debeat per tres vel ultra bonos testes qui presentes
 10 fuerint, et si condemnatus non habuerit unde solvere perdat manum dextram.

Cap. XVIII. De incipientibus rixam et curen-
 tibus ad rixam cum armis. R.ca.

Providimus pro bono et pacifico statu civitatis Tergesti 15 quod quicumque inceperit in civitate Tergesti aliquam mesclam seu rixam, vel iverit cum armis per civitatem Tergesti ad aliquam brigam vel rixam, cadat ad penam centum libr. par. comuni, et vadat ad confinia per unum annum ultra Muglam et Duynum, et stet ad dicta confinia ubi sibi placuerit ultra dictos confines Mugle et Duini. ¶ Ac etiam nulla
 20 persona sit ausa vel presumat ire cum armis vel sine armis tempore alicuius mescle vel rixe ad domum alicuius civis Tergesti vel habitatoris vel ad domum alicuius presbiteri sub supradicta pena. ¶ Et rixam sive mesclam intelligatur quem
 25 incepsisse et eam currere vel ire per infrascriptum modum, videlicet quod, si aliquis vel aliqui cives vel habitatores Tergesti haberent verba insimul in platea comunis vel alibi in
 129 A civitate Tergesti // infra muros dicte civitatis, non offendendo se alter alterum aliquibus factis, et aliquis vel aliqui cives vel
 30 habitatores Tergesti sine licentia domini potestatis vel vicarii domini potestatis vel contra formam statutorum civitatis Tergesti armatus vel armati spata vel spontono lancea vel lançono falçono vel ronçhono vel cum cultello aferito vel lançeta, et